

E fœmininum sic appellatur, quia effœminatum, ut ita dicam, mollem & medium tantum sonum sine accentu habet: ut *dire* dicere, *taire* tacere, *femme* fœmina; in quibus exemplis finale *e* vix debet audiri: nec solum ultimam, sed & primam & mediam syllabam occupat, quæ breuiter valde sunt efferendæ; ut *peler* pellem detrahere, in primâ syllabâ, *appeller* vocare, in secundâ, *affaire* negotium, in ultima; Caue ergo ne producas vnquam, sed dicas ferè ac si scriberetur *pler*, *appier*, *affair*, & sic de cæteris, *chapetet* rosarium, *pecher* peccare, quod differt à *pescher* piscari per *s* additum aut eius loco *e* accentu circumflexo aut acuto notatum; sic *pecher* peccare, *pècher* aut *pêcher* piscari. Contra hæc præcepta peccant Wallonum plurimi, qui *e* fœmininum finale sequente Consonante pronunciant, ut *e* masculinum; verbi gratia in *belle*, *maison* pronunciarent *e* in *belle* cum accentu acuto quasi *bellé* *maison*; sed contra *e* vix audiri debet, & ita pronuciari, ac si scriberetur *bel*: ut *bel* *femine* pulchra fœmina, / efferendo.

Syllaba præcedens hoc *e* finale producit & eleuatur: ut *folie* stultitia *philosophie* philosophia, *aimée* amata, &c.

Perdit suum sonum, & vnitur cum sequente dictione Vocalem aut *b* mutum, in initio habente: ut *la chose est belle*, *bonnest*, & *bonne* res est pulchra, honesta & bona; quasi scriberetur *la chose est bell* *bonnest* & *bonne*. Hæc elisio vocatur Synalepha, quæ etiam apud Poëtas elidit litteram. Si sequatur aliqua ex particulis aut pronomibus *il*, *elle*, *on* lineam oblongam interponimus in Orthographia, imò aliquando etiam *t* sicut in pronunciatione, idque in interrogationibus eodem modo, ut ante diximus in littera *A*: ut *que cherche-il?* quid quærit ille? *que demande-elle?* quid petit illa? *mange-on de la chair?* comediturne caro? quæ sic efferes *que cherchet-il?* *que demandet-elle?* *mangeton de la chair?* Potest etiam *t* pro *t* poni ante *on*: ut *mange lon de la chair*.

Tertium *e* genus, quod Gallicum dicitur, sonum habet magis apertum ut *ay* diphthongus, seu medium inter *a* & *e*, vel ut Latini *e* pronunciant ante duplex *rr* aut *r* finale: ut *ferret*, *et*, &c.

E omnes